



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica XIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

dem membrum sum Iesu Christi<sup>a</sup>, & vnctionis ipsius particeps: <sup>b</sup> vt & nomen eius confitear<sup>c</sup>, meque sistam ipsi viuam gratitudinis hostiam<sup>d</sup>, & in hac vita contra peccatum, & Satanam libera ab peccatis mortalibus & bona conscientia pugnem<sup>e</sup>, & postea æternum cum Christo regnum in omnes creaturas teneam<sup>f</sup>.

<sup>a</sup> 1. Ioh. 2. 20. Gal. 4. 6. b. 1. Ioa. 2. 27. 2. Cor. 1. 21. 22. c. 1. Pet. 2. 9. d. 1. Pet. 2. 5. Rom. 12. 1. e. Rom. 6. 12. 13. Eph. 6. 12. 1. Pet. 5. 8. 9. f. Apoc. 3. 21. 2. Tim. 2. 12.

<sup>a</sup> Ioh. 2. 20. Vos vnctionem habetis à Sancto, & nostis omnes, Gal. 4. 6. Quoniam estis filij, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem Abba pater.

RESP. <sup>a</sup> Hinc Christiani sumus, & filij, an iræ autem quisque vel gratiæ, nemo scit: sicut & viuumne, an mortuum sit membrum.

## DOMINICA XIII.

## QVÆSTIO XXXIII.

*Quam ob causam Christus vocatur Filius Dei unigenitus, cum nos quoque sumus filij Dei?*

RESP. Quia solus Christus est coæternus<sup>a</sup> coequalis<sup>b</sup>, & naturalis<sup>b</sup> æterni patris filius: nos autem propter eum ex gratia à patre adoptati sumus<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Hebr. 9. 14. 1. Ioh. 1. 1. 2. 3. b. Hebr. 1. 2. 3. Ioh. 5. 18. Rom. 8. 32. c. Eph. 1. 5. 6. Ioh. 1. 12. Gal. 3. 26.

## QVÆSTIO XXXIV.

*Quâ de causâ appellas eum Dominum nostrum?*

RESP. Quia corpus & animam nostram<sup>a</sup> à peccatis<sup>b</sup>, non auro nec argento, sed pretioso suo sanguine redimens<sup>c</sup>, & ab omni potestate Diaboli liberans<sup>d</sup>, nos sibi proprios vindicauit<sup>e</sup>, tantum ne ab eo desciscamus volentes.

<sup>a</sup> 1. Cor. 6. 20. b. Col. 1. 14. c. 1. Pet. 1. 18. 19. d. Heb. 2. 14. 15. e. Tit. 2. 14.

## DOMINICA XIV.

## QVÆSTIO XXXV.

*Quid credis? cum dicis, Conceptus est per Spiritum Sanctum, Natus ex Maria virgine?*

RESP. Quod ipse Filius Dei<sup>a</sup> qui est & permanet verus Patri coequalis, & æternus Deus<sup>b</sup>, naturam vere humanam<sup>c</sup>, ex carne & sanguine perpetua Virginis Mariæ<sup>d</sup>, operatione Spiritus Sancti<sup>e</sup> assumpsit<sup>f</sup>, vt sit verum semen Dauidis<sup>g</sup>, fratribus suis per omnia similis<sup>h</sup>, excepto peccato<sup>i</sup>.

<sup>a</sup> Gal. 4. 4. b. 1. Ioh. 5. 10. Rom. 9. 5. Heb. 1. 10. 11. 12. c. 1. Ioh. 1. 1. 2. Luc. 2. 4. 39. Mat. 26. 38. d. Esa. 7. 14. Luc. 1. 26. 27. 30. 31. 32. Mat. 1. 23. e. Luc. 1. 34. 35. f. Heb. 2. 16. Ioh. 1. 14. 1. Tim. 3. 16. g. Act. 2. 30. Act. 13. 22. 23. h. Hebr. 2. 17. Philip. 2. 7. i. 1. Ioh. 3. 5. Heb. 4. 15.

QVÆ

QVÆSTIO XXXVI.

*Quem fructum percipis ex sanctâ Conceptione & Natiuitate Christi?*

RESP. Quod noster sit Mediator<sup>a</sup>, & sua innocentia ac perfecta sanctitate <sup>\* mea</sup> <sup>\* conce-</sup> <sup>ptus sum,</sup> <sup>regat,</sup> <sup>†</sup> *nostra* peccata, in quibus <sup>†</sup> *concepti, aut decepti sumus, tollit,†* ne in conspectum Dei veniant<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Heb. 7. 26. <sup>b</sup> Apoc. 1. 5.

<sup>b</sup> Apoc. 1. 5. *Commonere vos volo scientes semel omnia, quoniam Iesus populū de terrâ Aegypti saluans secundo eos, qui non crediderunt, perdidit.*

RESP. <sup>b</sup> Quid ergo? Non hoc concludit tecturam solam peccatorum: neque peccati originalis, neque Concupiscentiæ, quam in natum esse peccatum fingunt, inque vnâ cætera omnia.

DOMINICA XV.

QVÆSTIO XXXVII.

*Quid credis? cum dicis, Passus est.*

RESP. Eum toto quidem vitæ suæ tempore, quo in terris egit<sup>a</sup>, præcipue vero in eius extremo<sup>b</sup>, iram Dei aduersus peccatum vniuersi generis humani<sup>c</sup>, corpore & sensitiuâ animâ<sup>d</sup> sustinuisse, quo ad pœnam solam hic temporalem, non infernalem: vt sua passione, tanquam vnico Cruento sacrificio propitiatorio, corpus & animam nostram ab æterna

damnatione liberaret, & nobis gratiam Dei<sup>f</sup>, iustitiam & nobis inhaerentem, & vitam æternam<sup>h</sup> acquireret: Nisi eâ nos indignos reddamus.

<sup>a</sup> Esa. 53. 2. <sup>b</sup> Mat. 27. 46. ex Psal. 22. <sup>c</sup> Esa. 53. 4. 5. 6. <sup>d</sup> Pl. 22. 17. 18. <sup>e</sup> Mat. 26. 38. <sup>f</sup> Pl. 22. 15. <sup>g</sup> Heb. 9. 12. <sup>h</sup> Rom. 5. 2. <sup>i</sup> Ioh. 1. 17. <sup>j</sup> 2. Cor. 5. 21. <sup>k</sup> Ioh. 4. 9. <sup>l</sup> Ioh. 3. 14. 15.

QVÆSTIO XXXVIII.

*Quid cause fuit, cur sub iudice Pilato pateretur?*

RESP. Vt innocens<sup>a</sup> coram iudice politico damnatus<sup>b</sup>, nos a se uero Dei iudicio damnationis, quod omnes manebat, eximeret<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Io. 18. 31. 38. <sup>b</sup> Lu. 23. 14. 15. <sup>c</sup> Mat. 27. 19. 24. <sup>d</sup> Mat. 27. 2. <sup>e</sup> Ioh. 19. 13. 14. 15. 16. <sup>f</sup> Esa. 53. 5. <sup>g</sup> Rom. 8. 34.

QVÆSTIO XXXIX.

*Estne vero quiddam amplius, quod affixus sit Cruci, quam si alio genere mortis affectus esset?*

RESP. Sane amplius<sup>a</sup>. Ex hac enim re<sup>\* sum</sup> <sup>†</sup> *certus <sup>†</sup> *mibi <sup>†</sup> *sumus certi,* cum maledictionem, quæ <sup>†</sup> *nostris* incumberebat, in se recepisse<sup>b</sup>, nam mors crucis erat à Deo maledicta<sup>c</sup>.**

<sup>a</sup> Philip. 2. 8. <sup>b</sup> Gal. 3. 13. <sup>c</sup> Deut. 21. 22. 23.

Qq 3 DO-